



**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Quatuor particulares immodestiæ defectus vitandi: vox clamosa: nimij
risus & cachinni: sermo scurrilis: oculorum curiositas; præsertim circa
formosas facies. Cap. XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

mandata semper exercet. Atque ut breuiter dixerim, omnium aspicientium Virginem & affectus, & animus ad virtutum transferatur amorem. Efficax est talis concessionati per modestia exhibita specimen, modus, quo interdum S. Franciscus solo vtebatur, ut ad virtutis excitat studium se intuenter. Qui enim ex præscriptio modestia omnes corporis motus verecundè compositos habet, hie sermone taceant, habitu & gestu loquuntur, vt ait S. Hieronymus. Sic Dominus dum esset adolescentis, sine sono oris, excitat homines ad Deum, quia, vt ait S. Gregorius Nyssenus, in adolescentia sua fuit modestia exemplum, humana vita præpositum.

Merito ergo S.P.N. Ignatius initio sui in Urbe ingressus scriperat Ordinationem, quæ ex textu Hispanico ita ad verbum redditur Latinè: Minister M. Franciscus (scilicet Xauerius) & subminister M. Alfonsus (scilicet Salmeron) & Syndicus Ioannes Paulus (scilicet Borellus, Laicus,) conuentum die Luna ante canam, certa hora ad consultandum inter se, circa compositionem exteriorem, & interiorum omnium. Circa exteriorem in omnibus rebus, unde potest presumi aliqua disadiectione, fuc in verbis, sive in gestibus, & mortibus vel alius actibus. Et postea regulas modestie hanc ob causam conscripsit, ad modestiam Religiosam & totius corporis motum decorumque pertinentes, quas antequam scriberet, septies & eò amplius oratione Domino & lachrymas fudit, & publicati voluit per P. Iacobum Laynem, eiusque hac de re exhortationi, omnes Patres etiam antiquos (quod ante non habebat) interesse, non sine Dei approbatione, quod ipsi ea Regulae placent, ut ipsemet S. Pater interpretabatur auditu ruita recti, sub quo eo tempore Patres considerabant, & confidissent, vt scribit Ribadeney. Denique ipsi etiam gentiles lumine naturali imbuti similia non negligenda putabant. Cicero monet Adolescentes, ut etiam cum relaxare animos, & dare se iunctitudini volent, caueant inveniendam, meninenter verecundie. Et infra ait, Decrum in omnibus factis, dictis, corporis denique motu & statu cerni. Et, naturam, inquit, sequamur, & ab omni quod abhorret ab oculorum aurumq[ue], approbatione fugiamus. Statu incessu, seiso, accubatio, vultus, oculi, manuum motus, teneant illud decorum, ne quid effeminatus, aut molle, & ne quid durum, aut rusticum sit. Remoueat omnia non dignus viri habitus, & ornatus. Et haec simile vitium in gestu, motuq[ue], caueatur. Nam & palestrici motus sume sepe odiosores, & bifrontianus nonnulli motus & gestus inepti non cauent. Adhibenda est munditia non odiosa, neque exquisita, tamen que fugiat agrestem & humanam negligiemam. Cauendum est, ne aut tarditatis rituam ingressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur, aut in festinationibus suscipiamus nimias certitatem &c. Ex oculorum, inquit, obtutu, ex superciliorum remissione, aut contractione, ex modestia, aut hiruditate, ex risu, & locutione, ex reticentia, ex intensio-

ne vocis, ex summisione, ex ceteris similibus facilè iudicabimus quid eorum aptè sit, quid ab officio, natura, & discreperet.

De Ægyptiorum Sapientibus & Sacerdotiis. L. 4. de abibus scribit Porphyrius: Ex ipso inquit, corporis statu, quidam grauitatis splendor conspiciebatur. Incessus enim bene erat compositus, & asperitas ita ex proposito constans, ut si noluerint connuere. Continebant autem manus semper infra habitum: quarum compositione unicuique nota erat, significativa eorum, que in administratione rerum sacrarum acceperant. Plures enim erant manus compositions.

Sed hoc est mirabilius, quod de parvulis Laconibus, eorumque educatione ex Lycurgi institutis refert Xenophon Lib. de Laconum Republicâ: Volens, inquit, quasi natura temere pudorem vehementer conciliare, imperauit, ut in viis manus intra pallium haberent, silentioq[ue] incederent, ac nusquam circumspicerent, sed hinc defixos oculos tenerent. Itaque illorum vocem minus, quam si lapides essent, audieris, oculos vero minus, quam si aves essent, conuenteris. Maior autem eos pudore affici, quam ipsas in thalamis Virgines existimaris, ac postea quam in coniunctum venerint, satis profecto sit, si vel ad interrogata respondant.

Sanè, vt ait B Laurentius Iustinianus, Si mortali Regum Ministri quotiescumque se præbent suo- & perf. rum aspectibus Dominorum, cinctas, quas vel in vesti- cap. 12. mon. con. bus, vel in facie gerunt fôrdes, diluere fôrdes conanur, ne quid in ipsis incompositum, aut indecorum appareat, quod oculis Principis detestabile videatur, hunc morem solerter custodire debent aeterno Regi militantes. Illis namque congruit, ita exteriorem habitum corporis, gressus, morum actus, anima cogitatus, animorum affectus componere, ut nihil in eis reprehensibile cognoscatur, pro quo rationabiliter repellantur a presentia Redemptoris.

Quocirca si etiam Ethnici, in scholis Christianorum non edoceti, agnoverunt talia, & talium rerum habendam putarunt rationem, quanto magis Christi fide imbutis, & præterea Deo ipsis immediate dicatis ex cordi esse debent?

CAPVT D VODECIMVM.

Indicat quatuor particulares immodestie defectus vitandoshi sunt, vox clamosa: ritu[m] risus & cachinni: sermo scurrilis: oculorum curiositas, præstum circa formosas facies.

Porrò inter defectus, modestia valde contrarios, quatuor peculiari studio vitandi sunt à Scholastico Societatis, ut & ab aliis, sed à iunioribus magis.

Primò vitanda est vox clamosa, quam S. Bernardus appellat, Clamorem oris, & altam vociferationem. Non patui facienda est hæc immodestia, na-

L. 4. quia

176. s. in Sal-

Regi-

na.

quia Deus ipse magni eam facit, ideoque inter eximias Christi laudes, hanc quoque per Isaiam Prophetam multò ante eius aduentum, prædicti
I.ai. 42.2. voluit: *Non clamabit, nec audietur vox eius foris:* Et iterum hoc ipsum per suum Euangelium nominatim commendauit, & in Euangeliō scriptum reliquit: *Non clamabit, neque audiet alius in plateis vocem eius.* Ut mirum esse non debeat, auctoritate Sextæ & Septimæ Congregationis Generalis, statutum esse, & inter monita Generalia positum; *Cum foras eundum erit, minime loquere intra urbem, ubi frequens est populus.* Ita etiam hac in re, quæ videtur exigua & parui momenti, voluit nos Societas Christum imitari, cuius vox audit non est in plateis neque clamor. Cum enim Christus Dominus nominatum a se humiliatem disci voluerit, meritò a clamore voce abstinuit, siquidem inter humiliatis gradus reponitur a Cassiano, a S. Benedicto, a S. Bernardo, & a S. Thoma, non esse clamorem in voce. Et ita Congregatio Sexta Generalis statuit, *Ne nostris voce viterentur altiore.* Sed antiquior est, quam illa ordinatio, regula 28. inter communis, quæ præcipit: *Vt omnes demissa voce, ut Religiosos deet, loquantur.* Sed quod maius est, Apostolus, ad sarculares etiam scribens, monet Ephe. 4. *Omnis clamor sollatur in vobis.* Ne quis autem putaret id patui esse momenti, dum clamorem vetat, eodem versu vetera res omnium iudicio grauissimas, iram, indignationem, blasphemiam. Idem videtur in veteri lege improbase Spiritus S. Qui benedicit proximo suo voce grandi, maledicenti simili est. Elatus clamor pronunciationis, inquit Clemens Alexandrinus, est res insanissima, & indicium arrogantis: & importunit vociferatoribus & exhalatoribus ora sunt obstruenda. Eā enim de causa Theristen plagi castigavit moderatus Ulysses. Et in Schola Platonis vox clamosa non audiebatur. Hinc scribit Seneca de puerō apud Platonem educato, cūm reverus ad parentes patrem vociferantem audiuerit: *Nunquam hoc, inquit, apud Platonem vidi.* Et Cicero inter Catulorum laudes ponit, quod vocem haberent non canoram, id est, non elatam. Ita etiam Ethnici naturae solius secuti lumen, agnoverunt indecoram esse honesto homini, vocem clamosam. Meritò itaque pa. 163. P. S.P.N. Ignatius, teste Ludouico Consalvo in eius Diario, dicit a rem esse pudore dignam, & parue adificationis, si Nostri domi nostra clamore loquantur, idq; valde exaggerabat, & curauit assignari duos Syndicos, qui non tantum obseruarent elata voce loquentes, sed etiam haberent potestatem puniendo delinquentes; etiam duos Vicarios Generales Societatis universae, quos tunc ipse infirmus, sui loco, ad negotia omnia (sola euā infirmorum sibi reservata) tractanda, sibi substituerat. Hac Ordinatione non contentus Pater Sanctus in antiquis Regulis communibus manuscriptis, quibus Domum Professoram Romanam dirigī volebat, quinque Regulas distinctas prescriperat, de vitanda voce

clamora, & de voce demissa adhibendā domi, & quasi ad autrem & in ambulacris & in cubiculis, & in templo, & exundo vel redeundo, & ad portam domus, ac prope illam. Quibus in locis non tantum clamorosam vocem vitandam voluit, sed adeò demissam profetendam, ne alter propè stans, posset exaudire duos alios inter se colloquentes: *Vt vocis sonum, quemadmodum* *monet S. Ambrosius, ita libret modestia;* *ne cuius-* *quam aurem offendat vox fortior.* Pareamus ergo S. Patris Nostrī monitis, & vocis sonum franeamus, tum aliis temporibus, tum post comedionem, quando ora humana solent facunda esse, & ad clamores magnos expedita. Nec existemus rem hanc parvum esse villem, nam & ad adificationem confert plurimum, & actus humilitatis est, & à S. Theodoro Studitā, preclaro vita spiritualis Magistro, inter media acquirendae sanctitatis, & aliorum iuuandorum gravi oratione recenfetur: *Sancte, inquit, viuamus,* *qui alios per nos ad sanctitatem, qua doctrina, qua vita, dirigimus.* Itaque clamor nullus audietur circa decorum, neu contentosum colloquium, neu putridus sermo exiliens ab ore. *Sed honestus ad adificationem frugil, & vtilis, ne quod operi nostro, pro ea, crimen confeatur.* Quocirca mirum non est, S. Carolum Boromeum, hoc ipsum in Seminarij Clericis, non semel prescriptisse. Nam part. 3. c. 3. Instit. Cap. 6. uiam, inquit, ne loquuntur altius, presertim si multi sint, ne strepitum excident &c. Et alio in loco: *Ne altiora voce colloquuntur.* Et quod mirabilius est, S. Ignatius Martyr, cūm ad martyrium vincitus duceretur, scribens ad Antiochenos, dum moneret ut vitent ebrietatem, inuidiam, iram, blasphemiam, conuictum, addit præter hæc, etiam clamor ne nomine tuorū quidem in vobis.

Secundo, vitanda est altera immodestia, quam produnt nimis risus & cachinni, & facetiae petulantiae. Hæc immodestia grauiorem, quam prior metetur reprehensionem, ideoque & à Sanctis & ab Ethniciis improbatuvehementius. In cachinnis prorumpere, inquit S. Basilius, & corpore contra animi voluntatem subsaltare, nequam est eius, qui animo composto sit, aut planè probo, & compote sui ipsius. Idque statim confirmat Scriptura sententia, idem astrentis: *Fatuus in rivo exaltat vocem suam: vir autem sapiens, rix tacite ridebit.* Isocrates autem non qualemcumque stultitiam risum appellat, sed petulantem, renocans ab Dæmonio Dæmonicum adolescentem. Cur autem nomen mereatur stultitia iste risus nimius, seu vt eum appellat Clemens Alexandrinus, proficiens vel, ut eum vocat S. Benedictus in sua Regula. Exclusus, causam adfert S. Gregorius Nyssenus: *homini Oris, inquit, indecora dilatatio, tremor spiritus, & totius corporis excusio, & genarum diductio, dentiumque & lingue, & palati apertio, collig, contorsio, rosisq; præter rationem fractio, qua simul cum fractione spiritus intersecatur, quid hoc aliud fuerit, quam amentia?* Grauius hanc rem insequitur Olympiodorus, expli-

ed. 77. explicans illud Ecclesiast., Sicut sonitus spinarum ardenteri sub olla, sic risus stulti; *Ebulliens*, inquit, *risu & cachinnatio*, spinis videtur perfimilis esse, que sub olla fundo strepitantes conflagrant. primò quidem, quia sicut ille fragor ardenter spinarum plene percipitur auditu, quamvis oculus non cernatur, ita & immodestus cachinni somnus, stultos facilè prodit. Præterea duas adhuc causas addit: Tum verò sicut à spinarum globo sumus attollit, sic caligo quedam mentis ex huicmodi risu cognoscitur. Si quis enim mente non obsecuratā ab immodestia consideraret, quām hoc sit fædum, quām offendat honestas aurēs, quām scandalizet alios, abstineret ab hoc excessu, sed quia levitate & immodestia habet obfulcatam nientem, cachinnatur. Tertiam causam ceteris potiore hanc adfert: *Sicut olla spinis succedit, sic animam risus*, peccati sorde non carens, igni parat aeterno. Terribili dūtum, quod cachinnatio sit dispositio ad infernum. Sed hoc ipsum confirmat S. Chrysostomus, & sic ostendit. Cūm enim dixisset, diabolum à minimis plerumque incipere, & post alata exempla, Quomodo Cain & Saul à minoribus factō gradu prolapſū fuit ad maiora subdit: *Hac viā omnia scelerata videbā fieri*. Nemo enim repemē ad extreemam improbitatem insiliit. Habet enim insitum anima pudorem quandam & innatum, quem subitū calcare atque proierere non potest; sed semper atque paulatim ex negligentiā perdit. Consideremus autem, si minimum quidam aut importunè risus reprehensus à quopiam est, responderet alius nihil mali id esse. Quid vñquam mali ex risu sequetur? *orta tamen ex immoderato risu paulisper scurrilitas, a scurrilitate turpiloquium, à turpiloquio operatio turpis profecta est*. Hoc est S. Chrys. iudicium, non tantum de risu nimio, sed etiam de importuno: nam & hunc paulò antè ab eo improbatum, & tanquam gradum ad scelerā, proclamatū ab eodem audiūmus. Quocirca B. Clara de Monte Falco inter Regulas, adhuc in statu seculari vivens cum suis domesticis, hanc accuratè seruandam sibi proposuit, abstinēti à risu dissoluto, immodesto, & iocis secularib⁹, ut scribit in eius vitā Baptista Pergilius. Talis risus importunus, est, quo concessionates, siue in templo, siue in refectorio, dum labuntur aliquā in re, vel verbulo, vel citatione aliquiū dicti aut versus, impudenter risu excipiunt effuso: & miselli Fratres, dum animari deberent, ad exercitium concionum, confunduntur & perturbantur, sēpè cum magnā lassione charitatis, & non leui datā occasione internæ amaritudinis. In alterius infortunio, inquit 1.1. pad. tip. 7. S. Nilus, ne rideas, ne videaris à quibus non velis. Ideo moneret Clemens Alexandrinus: *A vobis absit irridere: a quo primū incipit contumelia, ex quibus lites, pugne, & inimicitie erumpunt*. Sanctus quoque Ephrem non diffimili censurā notat tales risus: *In iūtum, inquit, euersionis & interitus anime Monachis, ex risus & impunitas, atque licentia*. Hoc est, si defectus huiusmodi impuniti à Præsidibus to-

lerentur. Quocirca mirum non est, inter vias, per quas progressus est Iulianus Apostata ad baratum inferni, & prius ad deserēdam Christi fidem, & amplectendum cultum Idolorum, fusse enumeratos à S. Gregorio Nazianzeno, or. 2. in petulantes & effrenatos risus. Quapropter, vti mo. Julianus, 48. net S. Chrysostomus, *Non est nostrum resoluti ca. hom. 6. in obinus, molliri deliciis, sed eorum potius, & earum, que Matth. spellantur in theatri, que in lupanaribus inquinantur: corum, qui ad hoc sunt facti, parafiorum, & adulatorum*. Non est, inquam, hoc eorum, qui ad aeternum regnum vocati sunt, qui in cœlesti illâ ciuitate conscripti non est spiritualia arma gestantia, quod certè proprium est diabolo militantium; ille enim est, qui etiam in artem ricos, ludofiq. digefit, vt per hac ad se traheret milites Christi, & eorum virtutis nervos, saceret molliores. Si hæc secularibus dixit, quid nobis faciendū est, qui præstantiore modo sumus milites Christi, sub Duce Christo militantes, iuxta antiquam phrasim S. Ioannis Climaci, qui Religiosos vocat Christi pugiles, ac pietatis Athletas.

Non est ergo mirum scriptum esse à S. Franci- to. 3. Bi- seo in quodam Opusculo: *Væ illi Religioso, qui de- blicitur in verbis otiosis & vanis*, & in his perducit SS.PP. homines ad risum. Quam ob causam à quia vt ait B. Antiochus, Ridere solutiū, neutiquam iis permisit. h. 95. sum est, qui sunt germani Christiani: omnium minime conuenit Monachis, qui se iam crucifixerunt huiusmodi virtus, & sic ridentes, ait non esse crucifixos. Qui queso, inquit, probabile sit, hunc crucis Christi dulcissimū clavis esse transfixum, qui sic soleat profisso latitudo diffundi, & ridere solutiū. S. Nilus aliam adfert causam in parœ. vita di nimis risus: *Excessum risus fugito, enervat num. 77.* enim animam. Anima verò enervata, facile à frano le- gō exiuit. Sed quid dico de Religiosis? Ethnici sibi similibus id vetabant. Plato contra deco. 1.3. de Re- rum arbitrabatur, cachinnantes à Poëtis fingi pub. l. 4. eth. viros graues. Aristoteles posuit inter virtutis sur- cap. 8. rilitatem, matrem cachinnationis. Et illum appellat in Occ. securram, qui risum mouet. Et Dio, *risum conti- nuum, & intentum, maximè vigore ait in scortis & pueri solditoribus, & risu coniungi laetiam*. Cūm ergo ab his virtutis religiosi longissime absint, ri- sum quoque nimium declinet, magnamque inde laudem merebuntur. Sanè Diogenes Laēr. 1.1. in Plat. tius laudat Platonem adhuc iuuenem, adē fuisse verecundum, adē compositum, vt nunquam risisse, nisi modice, deprehensus sit. De S. Bernardo in eius vita scribit Goffridus: *Dum cachinnos Religiosorum ho- 1.3. cap. 2. minum miraretur, non meminisse dicebat, se à primū annū sus conuersiois, atquando sic risisse, vi non potius ad ridendum, quām ad reprimendum sibi vim sa- cere oportet, & risu suo stimulū magis adhibere, quām frenū*. Et laudans Humbertum Mora. s. funeb. chium. Nunquid, inquit, aliquis nostrum cum riden- tem, & inter multos ridentes inuenit, serenabat quidem vultum suum, assidentium gratiā, ne fieret onerosus, sed risum integrum, si bene recolitis, non admisit. Non quid moderatè ridere dedecat, sed ne in ri- dendo excedatur, per ineptam latitiam, quæ ri-

de grad.
humilit.
sum tenerē non valet, & quam S. Bernardus ait,
esse tertium gradum superbia. Cuius enormitatem
ac de cœs; hac similitudine explicat: *Vt vesica*
collecto vento turgida, punctoq; perforata exiguo, si
stringitur crepitat, dum detumscit; ac ventus egredens
non paſim effusus, sed ſtrictum emiſſa crebros quodam
ſonitus reddit; ſic Monachus vbi vanis ſcurribusq; cor
ſuum cogitationibus impluerit, propter diſcipinam ſi-
lentij, non inueniens ventus vanitatis, qua plenius egre-
datur, inter anguſtas fauiciam, per cachinos excutit;
ſepè vultum pudibundus abſcondit, claudit labia,
dentes stringit, ridet non volens, cachinnatur inuitus.
Cām os pugnū obſtruxerit ſāū, per narē adhuc ſter-
nutare auditur. Quā omnia cū valde indecora
fint, etiam in homine Ethnico, omni conatu vi-
tanda ſunt a nobis, vt vitabunt etiam ab Ech-
nīcīs. De Aegyptiorum ſapientibus & ſacerdoti-
ſtincorū.

1.4. de ab-
ſtinentia.

epift. 39.

in Enchi-
cap. 39.

1.1. epift.
319.

h.17. in
ep. Ephes.
in morali.

A&t. 10.

1. Cor. 2.

Ibid. 11.

Rom. 8.

ſumus in hoc tabernaculo gemimus, & per singulos
dies, vi ita dicām, ex hoc mundo migrare cupiente Apoſtolo, tu rides & ludis Belli tempus eſt, & tu que tri-
pudiantur ſunt, vſurpas? Non vides bellū gerentium
facies, quoniam ſunt tristes, contrariis ſuperclavis terri-
bles, & horrore plene? Viden aciem oculorum auſte-
ram, cor excitatum, ſalientis & palpitanz animum col-
leatum, trementem ac trepidantem: vt multam diſci-
plinam rerumq; concinuitatem taceam. Itaque apud
illos non licet turpe verbum dicens, immo ne loqui qui-
dem temere, multum ſilencij illis qui in exercitu ſunt,
ſibi inuicem mandantibus. Stergo illi quibus cum ſen-
ſibilibus & carnalibus hoſtibus bellum eſt, qui que ex
ſermonibus nihil detrimenti accipiunt, tanto viuant
ſilentiō: iu cui & in sermonibus bellum eſt, immo po-
tior pars bellū, eam ubi partem immunitam relinques
& nūdam? Avigoras, quid hinc potissimum pluribus
infidis obruiuitur Lindū, deliciari, facetas dicas, riſum
noſes, nihil iſta curas? Quot ſunt ex facetiis peruria,
quot incommoda, quot ſtultiſtoquia? Sed tales, inquis,
nō ſunt facetiæ. Verū audi quid omnem facetiārum
vrbant, item reuerit Apoſtolum Belli tempus eſt, pugna,
vigliarum, cuſtodia, armature, & acie? Nullum hic
locum habet rideendi tempus: illud enim mundi eſt. Aut
di Chriſtum diceptem: Mundus, inquit, gaudebit, vos
autem contristabimini. Malorum tuorum gratia cruci-
fixus eſt Chriſtus, & tu rides? Alapis percussus eſt,
tanq; commodi tui gratia, ad auertendam tempe-
ſtatem, qua te occupabat, paſſus eſt, & tu deliciaris? Et
quoniam queſo, iſpum non magis ad iracundiam pro-
uocas? Verū quoniam non nullus res iſta indifferens eſſe
videtur, que & difficile vitatur, age, pauca de illâ diffe-
ramus, quā ſit mala, docentes. Etenim diabolus opus eſt
illud, facere ut indifferētia contemnantur. Primum
igitur, etiam ſi indifferētia eſſet res iſta, neque ſic tam
illam contemnere oportebat, ſcientem quid ex ē gene-
rentur magna mala, & ita crescat, vt & in fornicatio-
ne ſepenumero definat. Quod autem indifferētia non
eſt, hinc liquet. Videamus ergo unde naſcatur, immo
verd viderimus, qualem oporteat eſſe ſanctum, manſuetum
ſalutē, mitem, lugentem, lamentantem, ac tribu-
latum. Sanctus ergo non eſt, qui faciet loquitor. Qui
ridiculus eſt, qui hoc facit, etiam ſi Grecus atque
genilis Ihesus dumtaxat licet, qui in ſcenā ludunt. Vbi
turpitudi, ibi & vrbana facetia: vbi riſus intempe-
ſiuiſus ibi & vrbana facetia. Hic audi quid Propheta Psal.,
dicat: Servite Domino in timore, & exultate ei in tre-
more; vrbanas enim mollem facit animum, defidem
attollit, & conuicta ſepē paruit, & bella facit. Quid
verd tandem, nonne vir iam factus eſt: cuacuā igitur
que ſunt paruali. Tu verd famulans tuum in foro qui-
quam dicere quod non proſit, non patet, ipſe cū te
ſeruum Dei eſſe dicas, facetias vrbanas in foro loqueris?
Animum ſobrium nemo decipit, eſſufum verd a leuem
quis non facile expugnet: ipſe ſuo telo ſemet conficit, nec
egit diabolus infidus ac violentia. Ut id verd diſcas, vel
nomen ipſum vide. Eut̄. aπεν. ④, dicitur varius, ver-
ſus, inſtabilis, leuis in omnia mutabilis. Iſtud verd
procūl eſt ab illis qui petre ſeruiunt. Conſefitum verti-
tur qui talis eſt, & tranſmutatur: oportet enim ipſum
&

& habitum, & verba, & risum, & gressum, & omnia aliorum imitari, & scommata etiam fruere & excogitare talē oportet: nam & istud illi opus est. Mordere verū scommatis, procul est à Christiano. Necesse est etiam urbanis deditum facetus minime necessarias in sece recipere inimicities eorum quos temere salibus suis latit, siue præsentes sint, seu absentes hoc audiant. Si res ista bona est, & honesta, vt quid minis iniungitur? Si minus, & nihil pudescas? Quamobrem ingenuis vestris non mandatis ut hoc faciant: Nonne rem istam iudicatis morum esse inbonestorum, & minime modestorum? Magna mala mentem illam, qua facetus istis urbanis dedita est, magna dissolutio & vafitas inhabitant. Harmonia illius buula est, carissim ac marcidum est adficiunt, timor exterminat eis, pietas fugata. Lingua habes, non ut alios salibus tuis mordas, sed ut Deo gratias agas. Non vides eos, quos moriones vocant, Samardacos illos? Iste sunt urbani illi. Exterminate, obsecro, ex animis vestris ingratam istam gratiam. Parasitorum est res ista, minorum, saltatorum, prostantium mulierum, procul à mente liberā, procul ab ingenio, procul etiam à seruio. Si quisquam est ignobilis, si quisquam est turpis, & obsecans, iste sit & vrbane facetus. Multus verò res ista etiam virtus quedam est videtur, & hoc ipsum luctu dignum est. Quemadmodum enim concupiscentia paulatim in fornicationem prolabitur, ita sit etiam, ut urbanus illa grata videatur. Nihil verò illa minus habet gratia. Audi quippe quid scriptura dicat: Ante tonitruum preproperat fulgur, & verecundia obseruantem precedit gratia. Urbano autem nihil impudentius. Itaque os illius non gratia, sed dolore plenum est. Eluminemus consuetudinem hanc mensuram. Sunt verò nonnulli, qui & pauperes istud docent. O absurditatem! Eos qui in tribulationibus sunt, urbanis facetus inserviunt faciunt. Vbi queſo moribus iste non inualuit? Iam & in ecclesiam introductus est, iam & Scripturas apprehendit. Dicamne, quo malis hiis excellentiam demonstrem? Pudet quidem, attamen dicam. Volo enim ostendere, quoniamque malum hoc progressum sit, ne videar minutula exaggeare, deq; re modica quadam vobis differere, si foris vel ita queam ab isto vos errore abducere. Neque potest me quisquam aliquid fingere, sed quia audiui referam. Contigit ut aliqua hiis farina apud quenquam eorum existens, qui scientia gratia se plurimum iactitant (scio quidem me risus moturum veruntamen dicam) apposita scutellā dixerit, δεξαῖς παιδία μῆτρε ὁ γράπτος τοιά: hoc est, apprehendite pueri, ne qua sit ira ventri. Et alij rursum: Vō tibi Mammona, & ei non qui te habet. Et multa huiusmodi absurdula urbanitas ista induxit, ut quando dicant: Iam non est genesis. Ad absurditatem dico illud, inquit, & moves turpes. Sunt enim hec verba mentis ab omni pietate defolata. An igitur ista verba non sunt fulmine dignae? Et multa eiusmodi alias, que ab aliis dicuntur, inuenire quis poterit. Propterea abortor, ut ista omnino exterminata consuetudine, ea loquamur que nos deceant. Nec loquuntur ora Sanctorum verba hominum ignominiorum ac turpium. Quae enim participatio iustitia cum iniquitate? Quae communicatio luci cum tenebris? Debet enim iucun-

dum esse nobis & amabile, ut ab omnibus absurdis nos ipsos abduceremus, quod promissa bona consequi valeremus, ne tam operè dissipati essemus, mentisq; diligenciam & acrimoniam tot modis vastaremus ac perderemus. Mox enim coniunctatur & maledicit qui eiūmodi facetus urbanis studeat. Quod si vbiique risus effusus vitandus est, etiam non effusus, abesse debet à loco & tempore silentij (vti est nostrum Refectorium) præteritum in templo. Tanti enim hoc fecit S. Chrysostomus, ut scriptum contra rideantes in templo reliquerit: Nesci quod cum h. 24. in Angelis flas, cum illis cantas, cum illis hymnos dicis, & Acta. flas ridens? & non eset mirum, si fulmen demitteretur non solum in illos, sed etiam in nos: digna enim fulmine sunt haec. Adei Rex, inspectat exercitus, (scilicet celestis Angelorum) & tu in illorum conspectu flas, ac rideas, vel rideant negligenterne ut dannosos, ut fures, & corruptos, & perniciosos, tales & innumeris malis plenos ab Ecclesiā exigi oportebat: non sufficit nobis, quod ipsa mente sumus ignavi, nec, quod orantes alio euagamur, sed etiam risum afferimus: vnde testificor vobis, qui sani estis, quod iudicium vobis erit, ac condemnatio, si quis videns inordinate viventem, (scilicet ridecentem) maximè illo tempore, non admonuerit, nec corripuerit, hoc plus est, quam orasse, dimitte preces, & illum corripe, ita & illi proderis, & tu lucrum habebis.

Et quamvis non sit adeo gratae malum, rideant in scholā vel triclinio, ut risus in templo, & quod idem est, in choro, templi parte, tamen etiam iis in locis, quae ad colloquia destinata non sunt, praesertim tunc cum silendum est, ridere, praesertim cum aliorum molestiā, qui se irrideri putant, culpā non vacat. Olim, teste Aeliano, in Academiā rideere non licuit. Cū Sara tempore conuiuij, 1.3. var. c. 15. etsi ketet post cōlūm Tabernaculū, Gen. 18. risaret, etsi iustum videretur habere causam 10. & seq. ridendi, Deo id displicuit utque adeo, ut hac de re interrogata ab Angelo, Dei personam reffrente, timore perterrita dixerit: Non risi. Merito ergo virti sancti, inter magna Dei beneficia reponebant, & inter premia longa in virtutibus exercitationis, non ridere tempore & loco ad risum non destinato. Cū Ioannes Eniratus,

c. 172. Scriptor Prati Spiritualis, à Cosma Scholastico perpetuā virginitatem ornato, viro docto, & qui 30. annos domi sua manens exegeras, legendo & contra Iudæos scribendo, quæ siuisset, quid in tanto tempore sui instituti, quietū & continentia esset adeptus, in genī sens primū, & ex intimo corde suspirans ait: Quid potest secularis homo virtutis adipisci, & maxime domi sua residens, rogatus tamen rursus per Dominum, coactus respondit: Ignoscere mihi, tria ista consecutus sum, non iurare, non mentiri, non ridere. Et tamen magis ei licuit ridere domi suæ, quam nobis liceat vel in triclinio vel in scholā. Et lib. eodem ca. 171. inter virtutes Zoili Lectoris ponitur, quod semper fuerit mundus à risu. Tantam à risu abstinentiam nostra vivendi ratio non exigit, sed ne rideamus iis temporibus & locis,

qua

Ecccl. 32. 14. Cor. 6.
Cor. 6.
Quæ

que religionem silentij exigit: & in aliis locis (cum loquias est) nec faciles ad risum sumus, nec plus aequo aut sine iusta causa rideamus.

Aliter ridendo magnam prebebitur letitiae materiam diabolo. Hinc dæmones cum nihil

proficerent in tentando S. Pachomio Abbatem, Vit.c.17. Ros.1.1. p. quodam tempore, plures conuenientes in vnum, ar-

119.col.1. boris solium coram eo magnis funibus colligare cape- ruit. & summo conamine trahere, dextrâ leuaque du-

elis ordinibus, ac se mutuo cohortantes, sic infisteren- tebanur, ac simaginâ lapidis mouerent pondus immen-

suum. Hoc autem idcirco faciebant, ut mentem eius, si posse, in risum forte resoluenter, & inuenirent unde illi exprobarent.

Quocirca si risus causam aliquam habens, nullum laedens, nullum confundens, nullum perturbans, est apta materia, ut diabolus, etiam Sanctis, eum exprobrent, quanto magis exprobabant ipsis, qui audaci & impudenti risu, datâ operâ, vel concionantem, vel disputantem, vel aliquid narrantem confundunt, & ludibrio expount alorum, & se incepit letitiam, alium verò sic irrisum (pro quo Christus mortuus est) amaritudine & confusione replet & contra legis naturalis praeceptum, hoc faciunt alteri, quod sibi fieri nollentac dæmonibus iustum, præbent letandi & risendi materialm, uti præbent illi religiosi, in S. Do-

minicis trielinio, letitiam diaboli, suo immoderato in recreatione risu (minus malo quam sit aliorum irrisio) ob quem risum dæmon S. Do-

minico dixit, locum illum sibi esse carissimum. Hist. Ord. 6. Cauendum est ergo, ut monet S. Valerianus Ceme-

lensis, dilectissimi, ne sceno sermone alter alterum ledat, & theatralibus verbis verecundiam fratri lesa

assimationis intuiat. Solet nimia oris facetus, excitat motus animorum, & sermo letitiae accinctus, reciprocum parare conuitum.

Sic demque sanctilla quamvis parva flammam euomit, & ex uero exortas magna frequenter mouet incendia.

178.

Tertid, magnopere vitanda est scurrilitas, seu sermo scurrilis, hoc est, omnium iocosus. Nam, vt ait Aristoteles, qui ridiculis excedunt, scurriles esse videntur. Et infra: Scurra clam superetur ridiculus, neque sibi neque aliis parat, modò risum moueat, eaque dicit quorū nihil dicere hanc elegans, nonnulla au-

ten, ne auditet quidem. Et S. Hieronymus, distin-

guens ita illico quicum à scurrilitate, ait, scurrilitatem de prudenter mente descendere, & consuli aperte-

quadam vel vibrans verba, vel rusticâ, vel turpia, vel

faceta, ut risum moueat audientibus. Vitanda omnes

omnino in sermone facetus & scurrilis dicacius, sicut

inquit S. Basil. Siquidem fieri solet plerumque, ut qui

se in rebus istiusmodi occupant, & reclarum rationeum de-

serant, Quippe cum ex eo illud fiat, ut annus ad ridicula diffundatur, & in tacita secum cogitatione grauitatis severitasq; nervos omnes elidat. Quoniam incidit sa-

penumerò, cum istiusmodi contagio sermo prospersus,

postremò ad verborum turpitudinem, & absurdam atque extremam obsecratalem delabatur. Ex quo sanè

colligitur peruigilem & attentam animi excubationem

cum facetiarum diffusione simul coherere non posse. Porro vitium scurrilitatis quantoperè, & quidem cum quodam horrore, sit detestandum, ostendit S. Birgittæ Deus, qui vidit animam mulieris eiusdem in Dei iudicio constitutę, hoc in cap. 1.4. Re-

ter alia crimina in se agnoscens; Os, inquit, mea sape aperiebatur ad scurrilitat, quia aliis placere volui.

Reffonsum est autem de libro iustitie Dei: Ideo lingua tua extrahi & extendi debet, denteq; tuu incarnaer. &

illa tibi apponentur, que omnino tibi displaceant, omniaque illa tolli debent à te, que tibi placent. Et alia vice, Christus Dominus instruens eam, à quibus verbi ei esset abstinentum, sic ait: Quia aures mee (tempore Passionis) implabantur sanguine, & audiabant verba detractionis mee, idcirco aures mea au-

tantur à scurrilibus & ineptis locutionibus. Et inter conditions, quas Christus enumerat, repertii in Coniugio Spirituali, quod Deus habet cum corpore casto, & animâ castâ, tertiam ait esse,

Vitare verba otiosa & scurrilitat. Hoc sibi dictum I.1. Re-

puter nostrum quilibet, praetertim ad Sacerdoti cap. 26.

tij dignitatem uectus, quam nullo lingue virtu contaminare deberet. Nam, ut scribit S. Chry-

ostomus, Quo non oportet esse puriorum tali frenu- h.8. in tem sacrificio: quo solari radio non splendidiorum manu, carnem banc diuidentem: os, quod igne spirituali repletur lingua, que tremendo nimis sanguine rubet:

Quod tantò magis cordi esse debet, propter terrible illud, & omnibus notum, S. Bernardi l.1. Conf.

pronunciatum, ad Papam Eugenium scriptum: cap. 1.

Inter scuriales muge, muge sunt, in ore Sacerdotis bla- Malac. 1.

phemia. Et ut id magis inculcat, addit: Consecratio tuum Euangeli, talibus iam aperire, illictum: affue-

scere sacrilegum est. Labia sacerdotis, ait, custodiunt scientiam, & legem requirunt de ore eius: non nugas profectò vel fabulas. Verbum scurile, quod faceti, vibra- b. 1.1. cap. 17.

ni nomine colorant, non sufficit peregrinari ab ore, pro- cap. 26.

cul & ab auro relegandum. Mitum ergo non est, S. Bernardus de suorum Fratrum salute solli-

citum, timuisse, ne scurrilitati dediti, desererentur ait, De 2.1. cap. 1.

Deo, quod summam infelicitatem caput est: Hinc, inquit, Fratres mihi tristitia magna, & dolor f. 2. de 7.

continuus est cordi meo, quod nonnullos tam pronos ad panib.

leuitatem, adrisum, & ad scurillia verba tam faciles video, ut perimeat, tam valde, ne forte plus quam expediatur, diuine misericordia immortales, & ingrat, tam multus beneficis suis, aliquando deserentur a gratia, quā non ut gratiam venerantur. Quo pronuncia-

te quid potest audiri terribilius? Quocirca non miror S. Ignatium Martyrem morti proximum, epist. 7.

monuisse Tharsenses, vi non tantum ebrietatem & libidinem fugerent, sed scurrilitatem, an. Inter-

Mirandum enim est, inquit B. Laurentius Iustinianus, hoc cum compunctione spectaculum intueri, scilicet virum totius deditum, vacante fabulis. Quā de re sic g. 1.7. devi-

B. Petrus Damiani: Quanto cantele studio linguis procacitatem frenanda sit, si quis nosse desiderat, inter que crimina à Magistro Gentium numeretur, attendat: Fornicatio; inquit, & omnis immunditia, aut auraria nec nominetur in robis, sicut dicit Sanctos, aut turpi-

tudo,

sed etiam sibi loquuntur, aut scurrilitas que ad rem non
 pertinet. Vbi enim fornicationem, immunditiam atque
 auaritiam texunt, ibi etiam indifferenter scurrilitatem
 & scatologum nominant, ut manifeste detur insin-
 uig, lingua malum grauisimum criminibus in offensione
 coniunctum, à quib[us] in ipsa non est prohibitione dis-
 cresum. Quid autem vaniloquio potest esse deterius,
 quod non modo per semetipsum infeliciam animam le-
 ibalicer grauit, sed & ipsam honeste vite religionem,
 qui honorem Deo turxit, enarrat a cōbo testante, qui
 ait: Si quis putat se religiosum esse, non refranet linguā
 suam, sed seducens sor suam, huius rana est religio. Quis
 b[ea]tū nōmīnūm verbi luce clariūr constat, quia in mī-
 lum omni[n]a nostra religio redigitur, nisi solerit in-
 moderate lingue laetitia compescatur. Quirarus ait:
 Qui in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Si viri
 perfectio in verbi custodiū ponatur, profectio patet, quia
 per effrenata loquacitatis incuriam, omnis etiam et-
 iam perfecta vita compositio dissipatur. Et I. epist. 2.
 Cum veritas dicat, V[er]o vobis qui ridetis, quoniam fle-
 bus, quid in tremendo iudicio dicturi sunt, qui non so-
 lum spissidem (hoc est indecorē, omnium dissolu-
 tū), sed insuper scurrilia proferentes, risum audiē-
 bus violenter extorquent. Verum enim uero cūm
 improbat scurrilitas, non vetatur religiosē
 Conf. 179. laeta conuersatio. Nam, vt benē monit S. Basilius,
 non. c. 13. si v[er]o inciderit aliquando, vt remittenda ali-
 quamculūm tristitia causa sermone ad hilaritatem ex-
 cuemur, danda omnino opera, vt spirituali lepro re-
 ferta sit oratio nostra, & Euangēlico sale condita, vt
 recte que interius sit, sapientia gratum foras odorem
 aspirat, dupliciterq[ue] auditore, & animi relaxatione,
 & intelligentia secessitate delectet.

Quartū oculorum caritatis validē vitanda
 est, præsertim extra domiciliū religiosum, &
 in templo. Nullum esse in homine memoriū quod uia
 cordi satisfaciat, atque correspōdeat, v[er]o oculū, dixit
 Deus Pater S. Catharina Senensi. Et idēo fōrē
 S. Chrys. oculū appellat, membrum animi. Et
 Ptolemy in sua historiā scriptū, animū in oculū
 habuitare. Hoc sciens demon, inquit S. Cyprian, offert
 oculū formā illuc, & faciles voluptates, vt v[er]o der-
 struat castitatem. Idēo præmonuit Eusebius E-
 milianus: Quām facile potest in p[re]dicto tempore euā-
 gari velocitas oculi, tam sollicitate precauenda est inuen-
 tū noxi delicti. Quām ob ea lām custos & Do-
 minus ac Rector nostrarū animarū Deus, &
 per Sacram Scripturam, & per scripta San-
 ctorū, vētū, curiositatē oculorum. Non
 commēmerabo notās omnibus hac de re Dei
 & Sanctorū sententias. Illud, mihi v[er]um est
 semper mirabile, quod in Regulā in arte diui-
 nitatis incisa, & per Angelum S. Pachomio mis-
 sa, statutum fuerit: Ne Frater Fratrem, etiam man-
 ducentem videret, nec extra quadram & mensam
 vsquam alio oculos converteret. Si talis in colo, oculorum euāgatio, Deo displicet, quantō magis
 alia periculosa: dum eo ferrut aspectus
 oculi, quo desiderium animi ferri fas non est.
 Ideo benē monebat B. Laurentius Iustinianus,

Nullam rem Monachūm aspicere debere, in hoc seculo,
 qua desiderium illius teneret.

Porro inter res, quae per oculos ad cor trans-
 mittunt acria & periculosa desideria, sunt facies
 formole, sexus cuiusvis. Nam, vt scribit S. Hieron. in cap. 3.
 semel species forme, cordi per oculos alligata, vix ma-
 gni lucidaminus manu solutur. Captiuat enim me-
 tem, excitando amorem. Amantibus, inquit Ari-
 stoteles, amabilissimum est ipse aspectus, & quid bin-
 maximè exsult & oritur amor; numerum exciatus
 forma & speciei elegantiā. Decor enim, vt ait Ter. De Cœtu
 tullianus, naturā suā libidini inuitator est. Ideo fons sōmī
 omnis puritatis. Beataissima Virgo Maria, docuit I. R. C. U.
 S. Brigittam, inter detectandas res, & maximè
 vitandas, etiam hoc esse: Si quis concupiscat vide
 pulchras facies. Quocirca, benē monet S. Gregorius
 Papa: Proutidendum nobis est, quia inuerti non decet,
 quod non licet concupisci. Vt enim munda mens in co-
 gitatione serueretur a lascivā voluptatis sue, deprimenti
 suis oculis quasi quidam raptore ad culpam. Ideo S. Thomas Aquinas, q[uo]dnam diminutus liberatus
 fuerit, ab omni impunitatis lensa, ita tamen a-
 vertebat oculos a formosis vultibus, quemad-
 modū alij solent fugere viperas & scorpio-
 nes. Hunc imitare, ubi noli fidere, non es Daui-
 de sanctior, nec ita commendatus à Deo, vt i-
 fuit ille, vir secundum cor Dei, qui tamen formā
 pulchra specie illucus, & adulterio diuturno,
 & homicidio se contaminauit, quām ad re-
 medium concupiscentiae, decem tunc vxores
 habuerit, teste Scripturā 2. Reg. 15. 16. immo, vt Salom.
 scribit Pineda cūm aliis, plures adhuc, nimirū
 octodecim vxores habuisse putetur.

CAPVT DECIMVM TERTIVM

Continet tria alia monita: Primo anno
 schola sibi attendendum: Non minuen-
 da opinio de Communitate, ob defectus
 aliorum: Occupationes distractiue non
 non impedit profectum in virtuti-
 bus, si seruentur anteā dicta.

M Onitum Decimum. Certò scias multos pati-
 mu[n]tūm naufragium denotionis & pietatis, primo
 anno philosophia, & primo anno Magisterij. MO
 Quocirca his maximè annis, admicendum, ne
 res ad diuinum cultum spectantes, vt sunt, Me-
 ditatio, Examen, Spiritualis lectio, Communio,
 omittantur: & ne repide ac negligenter expé-
 diatur. Qui à Deo optat se iuuari, inquit S. Basilis, Const.
 i[us] nūquām deserat, quod se addēct officium suū. Qui mon. c. 2.
 autem hoc facit, si Diuino auxilio nūquām desistatur.
 Quapropter danda est opera in eo, ne v[er]ā in re consciē-
 tia nostra nos condemnem. Ad quod conductet plu-
 mūm, si his duobus pericolosis annis, eoru[m] con-
 versationem & imitationem magis amuleris,
 qui præ ceteris videntur magis spirituales & ex-
 emplares. Veloces sequere, monet S. Chrys. tardio- t. 4. h. de
 res attrahere, pigros defere, fortiores fortiter imitare. Cuius fide, spe &
 enim quod desiderat peruenit, qui velociores sequitur, & charit.

M m

vere-